

mentum habet suum peculiarem eff. & cum, Baptismus dat primam gratiam, & delet peccatum originale. Confirmatio corroborat in fide ad vincendas tentationes contra illam. Poenitentia ad delenda peccata actualia, &c. & si Deus vellet tollere aliquod Sacramentum, utique tollendum esset, sicut abstulit Sacramenta legis veteris, quæ altissimè supplevit per Sacramenta novæ legis.

51. Ad tertium dicimus Eisdram restituisse libros, quos colligere poterat, qui ex persecutionis flamma evaserant, & eos expurgavit, emendavit, ac correxit, ut dixi superiori quæst. n. 30. vel illi libri jam erant deperditi ante Eisdram, vel post ipsum Eisdram deperditi sunt: nam lib. 4. Esdræ. c. 14. n. 44. dicuntur libri scripti ab eo ducenti quatuor, qui numerus incomparabiliter excedit libros, qui nunc apud nos extant.

4. Esdr. 14. 52. Ad quartum, negatur antecedens: nam Judas Apostolus in sua Canonica n. 14. citat librum Henoc. Et Apostolus Paulus ad Colossenses 4. n. 16. citat Epistolam suam ad Laodicenses, quæ apud nos non habetur. D. Mar. 2. num. 23. de Christo Domino ait: Quod dictum est per Prophetas: quoniam Nazareus vocabitur D. Chrysol. homil. 9. in Matth. Euthymius, Theophylactus, Carthufianus, quos retuli tom. 1. in Evang. lib. 2. cap. 9. num. 33. & existimant locum desumptum ex libris Prophetarum, qui perierunt. Secundò respondetur etiam si antecedens admittatur, nihil inde probari, quia in Canticis Canticorum, ex Ecclesiaste, ex Ecclesiastico, ex libris Tobie, Judith, ac Machabæorum nihil citatur in novo testamento, & tamen non ideo à Canone excluduntur. Ad confirmationem dicendum, quod illi libri perierunt ante talem computationem Alphabeti Hebræici; vel dic quia illa computatio fit, quia ad illum numerum reducantur: nam si libri veteris Testamenti sigillatim numerentur, excedunt numerum quadragenarium.

53. Ad quintum dicimus ex conservatis libris bene inferri signum Divinitatis in eis contentæ, ergo illi, qui perierunt, signum est non habere talem Divinitatem. Non valet consequentia, sicut Deus liberavit tres pueros à camino ignis, ut ostenderet eos esse verè Dei servos, si autem eos nolisset liberare, ut noluit liberare Beatam Apolloniam, inde deducebatur eos non esse verè Dei servos, non valet consequentia, sunt res pertinentes ad divinam providentiam, quæ excedunt captum nostræ mentis. Ad Augustinum responderetur illa dixisse non affirmando, sed dubitando: nam eodem capite absoluit prius dixit: Cujus rei causa fateor me latet, & lib. 13. de Civitate, cap. 23. scripsisse aliqua divina Henoc negare non possumus.

D. August. 4. Esdr. 14. 52. Coloss. 4. Marth. 2. D. Chryl. Euthym. Theophyl. Carthuf.

QUESTIO V.

Quare Deus voluit, seu permisit prædictos libros perire?

SUMMARIUM.

54. Multi ex prædictis libris, qui perierunt, erant Canonici.

- 55. Cur autem tales libri perierunt, causa maxime latet, ait D. Augustinus.
56. Tres opiniones referuntur, ac probantur.
57. Opinio Origenis etiam repræbatur.
58. Opinio D. Chrysolomi suas pariter diffinitates.
59. Perierunt primo peccato Judæorum.
60. Perierunt quia libri, qui extant abundanter sufficiunt ad doctrinam, & eruditionem.

Suppono cum communi sententia prædictos libros, de quibus egi superiori quæstione ex magna parte fuisse Canonicos, ut tenent Serarius in Prologom. 8. cap. 14. Bonfrerius in præludio ad Scripturam sacram, c. 6. sect. 2. & 3. Et probatur ex his, quæ dixi superiori quæst. num. 47. 48. Nam eorum Auctores dicuntur Prophetæ videntes, & aliqui dicuntur libri visionum; ergo signum est, quod quæ in eis fuissent à Deo accepta spiritu prophetico, ipso revelante, ac manifestante. Deinde, quia multi ex prædictis libris citantur in sacra Scriptura, in confirmationem eorum, quæ dicuntur; ergo prædicti libri erant Canonici; non enim fieri potest ut scriptor Canonicus afferret in confirmationem suorum verborum ea, quæ erant inferioris conditionis, auctoritatis nempe humanæ.

Hoc posito præiens quæstio inquit, cur Deus permisit hos libros perire? Causam hujus rei assignare, pertinet ad divinam Providentiam. Unde ait Divus Augustinus citatus ad calcem superioris quæstionis, Cujus rei causa, fateor me latet. Quia tamen sancti Patres ac Doctores hujus rei aliquas rationes, & congruentias assignant, eas in medium referam, & quid probabilis dicam?

Primò. Aliqui dixerunt quod hi libri multa supra humanam intelligentiam, & captum continebant. Sed hæc ratio est infirma; quia multa Scripturæ, ut Prophetiæ Apocalypsis Joannis plene sunt mysteriis, & rebus supra humanam intelligentiam, & captum. Secundò. Glicas in Annalibus ex Eusebio, causam assignat, quia quædam curiosa tractabant; & hæc etiam ratio non subsistit, quia Deus, quæ curiosa propriè dicuntur, hoc est ita inutilia ut obsint potius, quam profint, nec dicit, nec loquitur. Tertio, Abulensis, 1. Paralip. cap. ultimo quæst. 32. ait: ideo hoc permissum quia juxta historicorum prophanorum morem, homines aliquos nimium laudat; sed tales adulationes Dei verbo adscribere, valde turpe est & alienum à veritate.

Quartò, Origenes Prologom. in Cantic. Cantic. ait, quod placuit Spiritui sancto tales libros de medio auferri, quia in eis multa fuerunt permixta apocrypha, & vix, ac difficiliter poterant discerni, ac distingui, quæ erant vera, vel falsa. Sed sicut Esdras ut dixi quæst. 3. num. 30. sacros Codices collegit, & ex probatissimis exemplaribus, omnes correxit, emendavit & divino auxilio adjuvatus, omnes ad suam primævam puritatem reduxit, ita fieri poterat de his codicibus deperditis.

Quintò. D. Chrysolom. homil. 7. in 1. ad Corinth. & homil. 9. in Matth. Hoc factum est tum ob negligentiam Judæorum, tum etiam ob eorum impietatem, ac prophetitatem, ob eorum negligentiam, præ multa desidia sua sacros

Serarius. Bonfrerius.

D. August.

Glicas.

Abulens.

Origenes.

Esdras.

D. Chrysol.

- 4. Reg. 22. Jerem. 35. 59. sacros Codices sinebant perire? & eos nec quærebant, nec requirebant, unde casu multa defossa terrâ librum Deuteronomii reperit in Templo, regnante Josia rege, 4. Reg. 22. n. 8. Tum etiam ob eorum impietatem, quæ sacros libros destruebant, & comburebant, ut constat ex Jeremia 36. n. 23.

Pro nostra tenuitate duas conjecturas de hac re possumus efformare. Prima Hoc factum est, ut Josia tantis libris spoliarentur ob sua peccata in Deum, ideo ipse Arcam fœderis Domini è Templo sustulit, & tabulas digito suo conscriptas à Moysse confringi voluit. Quid ergo mirum, si libros aliquos, quos ipse dictaverat, eadem de causa perire permiserit? nec ad ejus providentiam pertinuit impedire ne perirent, sed ut conservarentur.

Secundò. Permisit Deus libros illos perire, quia hi, qui modò extant abundanter sufficiunt, ut cognoscamus supra Dei opera, altissimas ejus dispositiones, & plenissimè abundant ad ea, quæ requiruntur ad nostram eruditionem, ac doctrinam, sicut Christus Dominus multa alia dixit, & fecit, quæ non sunt scripta in libro hoc Joan. ultimo n. 25. Sed tantum illa sunt literis mandata, quæ apertissimè nobis manifestant ejus sublimia, ac altissima facta, ejus sacratissima mysteria pro nostra redemptione, & quæ abundantissimè nos instruunt in omni via justitiæ, ac sanctitatis: multa, & illustrissima sunt gesta sacrorum Apostolorum Petri, Pauli, & aliorum; & tamen non omnia sunt literis exarata, & si per singula scriberentur, multum nobis poterant proficere, non tamen fuit necesse ut omnia scriberentur, sed illa tantum sunt scripta, quæ abundanter nos docent, instruunt, ac illuminant; & sicut non pertinuit ad altissimam Dei providentiam, ut omnia Christi gesta, ac sacrorum Apostolorum scriberentur, sic non pertinuit, ut omnes illi libri custodirentur, ac salvi consisterent. Ita Lahay sect. 10. cap. 2. ad finem.

56. Hoc posito præiens quæstio inquit, cur Deus permisit hos libros perire? Causam hujus rei assignare, pertinet ad divinam Providentiam. Unde ait Divus Augustinus citatus ad calcem superioris quæstionis, Cujus rei causa, fateor me latet. Quia tamen sancti Patres ac Doctores hujus rei aliquas rationes, & congruentias assignant, eas in medium referam, & quid probabilis dicam?

Primò. Aliqui dixerunt quod hi libri multa supra humanam intelligentiam, & captum continebant. Sed hæc ratio est infirma; quia multa Scripturæ, ut Prophetiæ Apocalypsis Joannis plene sunt mysteriis, & rebus supra humanam intelligentiam, & captum. Secundò. Glicas in Annalibus ex Eusebio, causam assignat, quia quædam curiosa tractabant; & hæc etiam ratio non subsistit, quia Deus, quæ curiosa propriè dicuntur, hoc est ita inutilia ut obsint potius, quam profint, nec dicit, nec loquitur. Tertio, Abulensis, 1. Paralip. cap. ultimo quæst. 32. ait: ideo hoc permissum quia juxta historicorum prophanorum morem, homines aliquos nimium laudat; sed tales adulationes Dei verbo adscribere, valde turpe est & alienum à veritate.

Quartò, Origenes Prologom. in Cantic. Cantic. ait, quod placuit Spiritui sancto tales libros de medio auferri, quia in eis multa fuerunt permixta apocrypha, & vix, ac difficiliter poterant discerni, ac distingui, quæ erant vera, vel falsa. Sed sicut Esdras ut dixi quæst. 3. num. 30. sacros Codices collegit, & ex probatissimis exemplaribus, omnes correxit, emendavit & divino auxilio adjuvatus, omnes ad suam primævam puritatem reduxit, ita fieri poterat de his codicibus deperditis.

Quintò. D. Chrysolom. homil. 7. in 1. ad Corinth. & homil. 9. in Matth. Hoc factum est tum ob negligentiam Judæorum, tum etiam ob eorum impietatem, ac prophetitatem, ob eorum negligentiam, præ multa desidia sua sacros

- 74. Tertium argumentum scriptores adhibent diligentiam, veluti dispositionem, & n. 75.
76. Quartum argumentum, quia Evangelista, & Apostoli in citandis locis veteris Testamenti non observant eadem verba, ut magis veritas pateat, & n. 77.
78. Quintum argumentum ex Paulodico ego ut consulens, & non Dominus ut præcipiens, & n. 79.
80. Sextum argumentum Dominus præcipiens procuratori est causa moralis, Deus loquens per Scriptorem sacrum, causa physica, & realis.

Missã impia sententia Erasmi annot. 2. in cap. 2. Matth. Et aliorum, qui impie asserbant scriptores sacros in sacra Scriptura, multa falsa permisisse, quia hoc dato tota auctoritas, & fides scripturæ perit: nam si fallum in una parte habetur, totum fallum reputabitur, nisi ex falsis, C. de transact. Vide Barbofam ad citatam legem.

Fides tamen Catholica tenet, omnia contenta in scriptura esse indubitata veritatis, utpote immediate dictata, ac inspirata ab Spiritu sancto. Quæstio tamen est, an Spiritus sanctus in scriptore Canonico non solum dictaverit sensum, sed etiam verba, ac ordinem illorum, & cum quærimus, an Spiritus sanctus dictaverit verba, est sermo de illo idiome Hebræico, vel Græco, in quo scriptor Canonicus scripsit, non verò de illo idiome, in quo ab Interprete, vel transcribente habetur ex Hebræico, vel Græco. De variis translationibus, ac de nostra vulgata infra dicam.

Prima sententia affirmat, quod ex eo scripturæ dicuntur sacræ, quia Spiritus sanctus asstitit suis scriptoribus, subministrans illis res, & sententias scribendas, vel ea revelando, si scriptori erant ignotæ, vel eorum animos dirigendo, ne in aliquem fallum sensum prolaberentur. Ita Sanchez lib. 2. Machab. cap. ultimo, num. 14. Tyrinus ibi, cap. 2. n. 27. Bonfrerius in Prolog. cap. 8. sect. 3. Scalante lib. Chypei, c. 4. conclus. 2. Cantaprecensis lib. 8. hypob. cap. 4. fine, Suarius, quamvis teneat contrariam sententiam tom. de fide, disp. 5. sect. 3. num. 4. in fine, tamen num. 5. subdit, quod dupliciter potest intelligi. Primò, per specialem motionem antecedentem, qua verba, nomina, & eorum sensum per specialem speciem Spiritus sanctus infundit. Secundò per assistentiam, & custodiam, qua Divinus Spiritus impedit, ne scriptor aliqua verba, quæ non licent, apponat, in reliquis tamen permittit, ut scriptor sua memoria, diligentia, ac speciebus utatur; asseritque sufficere, ut uno, vel altero modo verba sint ab Spiritu sancto.

Secunda sententia omninò vera, docet Spiritum sanctum sacro Scriptori dictasse, ac inspirasse omnia, sensum nempe, & sententiam, verba singula, illorum seriem, ac ordinem, usque ad ultimum apicem. Ita docent communiter Sancti Patres, Divus Ambrosius D. Ambrosii Proemio in Locam ait: Matheus, Marcus, Lucas, Joannes non conati sunt; sed divino Spiritu ubertatem dictorum, rerumque oranium ministrante, sine ullo molimine capta compleverunt. D. Gregor. in Proemio Moralium, ait, quod D. Gregorius parum sit curandum de Scriptore illius libri, &c.

QUESTIO VI.

Utrum Spiritus S. Scriptori Canonico non solum sensum, sed etiam verba, eorumque ordinem dictaverit?

SUMMARIUM.

- 61. Impia sententia Erasmi rejicitur.
62. Explicatur status quæstionis.
63. Prima sententia negativa.
64. Secunda, & vera affirmativa.
65. Probatur primò ex Psalm. 44.
66. Probatur secundo ex variis locis Scripturæ.
67. Probatur tertio, & quartò, ex variis locis Scripturæ.
68. Primum argumentum, quod Paulus se dicit imperitum sermone, loquitur ut dicebant ejus obsecratores, & n. 69. 70. & 71.
72. Secundum argumentum, quod scriptor postulat veniam, hoc est de stylo non multum composio, & n. 73.

& subdit Quia auctor illius libri Spiritus sanctus est. Favet D August. lib. 7. Conf. cap. ultimo, & sermone de Nativitate Domini. D. Chryso. homil. 29. in Genes. Theodoret. ad initium Psal. Canus lib. 2. de locis cap. 8. Banes 1. p. 9. 1. art. 8. dub. 3. conclus. 2. Salmeiron. Prolog. 26. Tena lib. 1. Ifagoge sacra. Scriptura, diff. 1. sect. 3. Noster Andreas a Cruce 1. part. 9. 1. art. 10. Valentia tom. 3. q. 1. punct. 7. Sebastianus Peres Episcop. Oxoniensis in regulis sacra Scriptura, regul. 2. Joan. D. Thom. 2. 4. 9. art. 1. pag. 253. Basilus Legion. 1. part. variat. part. 4. exposit. cap. 1. Lorca supra citatus 1. 2. tract. de gratia, disp. 21. §. Potest. 3. & 2. 2. tract. 1. de locis disp. 1. n. 8. & alii multi, quos citat, ac sequitur Noster Fr. Antonius a Matre Dei in Ifagoge Scriptura Palud. dub. 2. n. 31. & tam constanter adherent multi Auctores huic sententiae, ut dicat B. nes citatus oppositam non esse tutam, & Azor. tom. 1. Instit. lib. 1. c. 1. quaestio 11. contrariam sententiam non posse tuto defendi. Et Paulus Grifaldus libro decis. fidei, §. verba Scripturae sacrae oppositam sententiam damnat.

65. Probatur primò. hæc sententia, ex Psal. 44. num. 22. Lingua mea calamus scribe velociter scribens. Ait quod lingua sua sit tanquam calamus, qui regitur, ac dirigitur ab scribente, calamus non ex se, sed ab scribente usque ad ultimum apicem accipit, quæ literis mandat. Theodoretus ait in Davidis persona; Nihil proprium loquor, nec mea mentis partus effero, alius efficacia lingua ministra est. & ipsa quidem calamus imitatur: gratia vero spiritus velocem scribam, per hunc, quæ vult, scribens. Quod de omni scriptore Canonico dicunt, & interpretantur sancti Patres in præfenti, & D. Thomas proemio in Isaiam.

66. Probatur secundò. Christus Dominus, Matthæi 10 num. 20. ait suis Discipulis: Non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis, & Petrus epist. 2. cap. 1. numero 21. ait: Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines, & 2. Reg. cap. 23. num. 2. ait David: Spiritus Domini locutus est per me, & sermo ejus per linguam meam, & Dominus ad Jeremiam 1. num. 9. ait: Ecce Dei verba mea in ore tuo. Qui modus loquendi indicat, non solum sensum, sed etiam verba, eorumque dispositionem esse à Deo dictante inspiratam, ac directam; de ratione enim verbi est, ut procedat ab illo, cujus est verbum, tanquam à dicente, ad eumque dicat relationem originis, ut præclare notat D. Thomas in distinct. 27 quaest. 2. art. 2. & de veritate, quaest. 4. art. 2. & 4. contra Gentes, cap. 11. Ergo quidquid est in scriptura, est dictum ab ipso Deo, ad eumque dicit relationem, tanquam ad suum principium, ac originem.

67. Probatur tertio. Regius Vates ait Psal. 48. num. 4. Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam. Et statim subdit, num. 5. Inclinabo in parabolam aurem meam. Ad quem locum merito D. Chryso. addubitat, quo pacto sibi Propheta constet; nam si os ad loquendum præparaverat, quomodo nunc aures applicat ad audiendum? si Doctorem promiserat: Os meum loquetur sapientiam, quomodo nunc se exhibet auditorem. Apertissime in nostram sententiam respondet ipse

Chryso. & ait: Valdè prudenter hoc fecit, ne quis existimaret, esse humanum, quod dicitur, & ne haberet suspensam ejus inventionem. Similiter Theodoretus respondet, & ait: Theodor. Vult dicere se nihil loqui proprium, sed Divina gratia instrumentum esse.

Quartò, ait Deus per Oseam 12. num. 10. Ego locutus sum super Prophetas, & ego visio. Offec. 11. nem multiplicavi, & in manu Prophetarum assimilatus sum. Illud verbum super Prophetas, legunt Septuaginta, Tigurina, Varablos, & alii Septuag. per Prophetas. Et subdit: Et in manu Prophetarum assimilatus sum, id est ut explicant Noster D. Cyrillus Alexandr. Procopius, Cornelius, ac si dicat Deus per os, ac manum Prophetarum, tanquam per eorum organum ac instrumentum multa sum loquutus, ac operatus multis similitudinibus, figuris, ac modis. In quibus omnibus Deus erat principalis motor, & agens; ipsi verò Prophetae ut organa, ac instrumenta, quæ ab alio movebantur. Hinc ora Prophetarum dicebantur Dei ora. Os Domini loquutum est. Isai. 1. quasi os Isai. 5. meum eris. Jerem. 15. Vide quæ supra dixi, Jerem. 15. quaest. 1. num. 2. & quaest. 1. 69. 2. Cor. 5. D. Hieron.

Arguunt primò adversarii, ex 2. Corinth. 11. n. 6. Ubi Paulus se dicit imperitum esse sermone Domini, quod explicans D. Hieron. epist. 151. ad Algar. quaest. 10. ait, quod Apostolus hoc dicebat, utpote non multum peritus Græco sermone, quod non diceret, si Deus illi verba ministrasset. Et confirmatur, quia ut ait Glossa ad Hebræos 1. Non est mirandum quod Epistola ad Hebræos majori eluceat facundia, quam alia, cum naturale sit unicuique plus in sua lingua, quam in alia valere. Ceteras enim Epistolas Apostolus peregrino (id est Græco) sermone composuit: Hanc autem scripsit Hebraica lingua. Ergo in eis verba non erant à Deo, sed à proprio spiritu.

Respondetur ad argumentum cum D. Chryso. 70. foltomo Apostolum loqui, non ex sua, sed ex D. Chryso. obtricatorum sententia, ut late probat D. August. lib. 4. de doctrina, cap. 7. & ait: Fac me imperitum esse sermone, ut mei obtricatores putant: ac scientia non sum imperitum. Nam Græci multa verborum phrasi, ac facundia, multoque calamistro composito sermone utebantur; inde simplicia Apostoli verba contemnebant, & ideo cum tanquam imperitum sermone putabant, unde ait Apostolus, & si imperitum sermone, sed non scientia; & inde Apostolus sua altissima scientia, & charitate, profectum quærebat animarum, non verò verborum ornatum D. August. in sentent. n. 266. ait: Bonorum ingeniorum clara indoles est, in verbis discernentium, verum amare, non verba.

Ad confirmationem respondetur, aliquos 71. Scriptores melius fuisse locutos propria lingua, quam aliena; Deus enim omnia suaviter disponit, & maxime se temperat scribentium conditioni, & suggerit verba prout unicuique maxime sunt familiaria, secundum suum ingenium, ac conditionem, ut notat D. Hieron. lib. 1. adversus Rufin. cap. 4. & inde Isaias ut vir nobilis educatus in Curia sublimi, alto utitur sermone, Amos 1. ut de pastoribus Theocæ rusticianis verbis: eadem manus diversos efformat characteres calamo obuso, ac calamo acuto; juxta dispositionem calami exprimit characteres;

characteres; sic & divinus Spiritus in diverso stylo libros conscripsit, accommodans se unicuique ingenio, proindeque pro diversitate ministrorum, diversa verba suggerit, pro quo videndus D. Thom. 2. 2. q. 269. n. 1. ad 1.

72. Arguunt secundò. Si Deus cuncta verba dictasset in Scriptura, scriptor in suis libris non postulat veniam, atqui Scriptor aliquando postulat veniam, tanquam si minus aliquod dixisset ut patet 2. Machab. cap. ult. n. 39. ubi Scriptor postulat veniam dicens: In his finem faciens sermonis: & si quidem bene & ut historia competat, hoc & ipse velim, si autem minus bene concedendam est mihi. Quam veniam etiam postulat Auctor Ecclesiastici in Prologo circa medium.

73. Respondetur ad argumentum, negando majorem; nam Scriptor postulat veniam, non alicujus lapsus, erroris, seu mendacii, quod abicit à facto Scriptore, qui regebatur, ac dirigebatur ab Spiritu sancto; postulat tamen veniam de stylo, ac phrasi, si non fuerit multa verborum copia ornata: nam Spiritus sanctus sic assistebat suis Scripatoribus, eisque dictabat sensum, & verba, ut accommodaret se eorum ingenio, ac conditioni, eosque sinebat suis verbis, stylo, ac phrasi conscribere, & ideo palehrius, ac elegantior est stylus Isaiæ, quam Amos, ac aliorum Prophetarum, ut dixi in solutione ad primum argumentum.

74. Arguunt tertio. Scriptores sacri in suis libris scribendis, adhibent suam diligentiam, laborem, ac curam; ergo omnia non sunt illis inspirata, sed ex sua industria comparata. Consequentia bene inferit; antecedens probatur. Primò ex proemio D. Luc. Secundò ex Prologo Ecclesiastici. Tertio ex 2. Machab. c. 2. n. 27. ubi illius Auctor ait: & nobis quidem ipsis, qui hoc opus breviamandi causa suscepimus, non facilem laborem, imò verò negotium plenum vigiliarum, & sudoris assumpsimus.

75. Respondetur, admittendo sacros Scriptores saltem in historicis, ac rebus naturalibus à sensu remotis scribentibus, aliquem laborem, curam ac diligentiam impendere, ad ipsam scriptionem, tunc enim uberius gratia fructificat, ac redundat, cum industria nostra otiosa jacet. At verò cum manus adhibent ad scribendum singula verba divinus Spiritus inspirat D. Ambros. supra citatos n. 64. sine ullo molimine cepta complent. In particulari ad loca adducta in argumento. Ad D. Luc. Proemium, ex illo ut notat D. Ambros. oppositum colligitur, quod nempe nullus labor fuisset impensus. At id quod dicitur de Prologo Ecclesiastici, ac ex loco adducto ex 2. Machab. dicimus, quod in illis libris componendis, Deus permisit, ut ille labor ac diligentia impenderetur, tanquam dispositio antecedens, ut per illum mererentur ab Spiritu sancto illuminari ac moveri ad scribendum.

76. Arguunt quartò. Quia ut notat D. Hieron. epist. 101. quod sacri Apostoli, ac Evangelistæ in referendis testimoniis ex veteri Testamento non semper observarunt ordinem verborum, sed sensum; atqui si Spiritus sanctus verba dictaret, in utroque loco eisdem verbis uterentur; cum ergo ita non fiat, signum est Deum sacro Scriptori solum sensum, & non verba inspirasse.

Sylveira opuscula.

Respondetur totum esse factum alto & divino instinctu; nam ut ait Aug. in Psal. 46. Una, eademque res interdum multis modis dicitur, ut mos ipse dicendi propter fastidium, varietur; & propter concordiam sic tenetur. Alto & divino consilio sic factum est, ut videatur integra, & pura fides Scripturæ, quod quamvis variis modis dicatur, semper in illis est una, eademque fides. Deinde valdè frequenter Auctor referens suam sententiam, non semper eisdem verbis utitur, sed variata verborum phrasi idem sensus retineretur, & dum res dicitur variis, ac diversis verbis facilius, ut magis intelligitur & capitur.

77. Arguunt quindò, quia non semper videtur requiri inspiratio divina ad hoc ut Scriptura sit sacra; ergo multo minus requiritur verba inspirata. Antecedens probatur ex illo Pauli 1. Corinth. 7. num. 12. Ceteris ego dico, non Dominus; ergo illa verba non erant Domini, sed ipsius Pauli.

78. Respondetur negando antecedens, & ad locum Pauli respondet Petrus Montoya de concordia sacrar. editionum lib. 1. contr. 5. omnia illa verba esse Dei dicit Apostolus, de ceteris ego dico non Dominus; id est ego consolo, Dominus non præcipit, ut interpretatur D. Thom. Et alius; est explicandum. Dixerat supra Apostolus n. 10. de matrimonio conjunctis: Præcipio non ego, sed Dominus uxorem à viro non discedere. Et postea subdit: De ceteris autem, id est, non conjugatis, Dico ego non Dominus; id est consulo ego, ut sic semper permaneant, sed Dominus non præcipit, sicut infra ait n. 25. De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do. Apponit Apostolus in præfenti inuuptos cum his, qui matrimonio sunt conjuncti: nam uxoris ait, præcipit Dominus, non ego. At de non conjunctis matrimonio ait, consulo ego, Dominus non præcipit. De ceteris dico ego, non Dominus.

79. Arguunt sextò. Ad hoc ut Deus dicatur loqui per os Prophetarum sat est, quod eis inspiret rei sententiam, & sensum. Nam Petrus dicitur moraliter loqui per suum procuratorem, etsi mandatur talis rei executio, quamvis in particulari non determinet verba. Ad argumentum respondetur negando antecedens, quia Petrus agit in suum procuratorem moraliter per commissionem, & mandatam illi commissum; aut Deus cum Scriptore Canonico se habet physicè, & realiter per speciem, vel alio modo, per quam illi manifestat suum conceptum, & homo solum est instrumentum, seu calamus, quo mediante Deus loquitur nobis, & ad hoc non sufficit tantum sententias inspirasse sed etiam ulterius requiritur singula verba dictasse.

Quæstio VII.

An ut aliqua Scriptura sit, & dicatur divina sufficit, quod postquam illa est scripta humano spiritu, Deus illam approbet?

SUMMARIUM.

§1 Prima sententia affirmat. §2 Pro